IN NOMINE DOMINI. AMEN.

COETUS PATROLOGORUM POLONORUM
OMNIBUS HASCE LITTERAS VISURIS
SALUTEM

CUM REVERENDISSIMUS DOMINUS,

**DOMINUS BOGDANUS CZĘSZ**,

SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR HABILITATUS,
UNIVERSITATIS STUDIORUM ADAMI MICKIEWICZ
ORDINARIUS PROFESSOR EMERITUS, VIR DOCTISSIMUS,
LITTERARUM CHRISTIANARUM
PRIORUM SAECULORUM PERITISSIMUS,
QUI PONTIFICIAE FACULTATIS THEOLOGICAE
DECANI MUNUS LAUDABILITER EXPLEBAT,
QUI SECTIONIS PATRISTICAE PRAESIDIS
SEPTEM ANNOS OFFICIUM SERVABAT,
SOCIETATIS AMICORUM SCIENTIARUM POSNANIENSIS
SOCIUS EGREGIUS, COMMISSIONIS THEOLOGICAE ACADEMIAE
SCIENTIARUM POLONAE SOCIUS LABORIOSUS,
QUI OFFICIUM CONSULTORIS COMMISSIONIS EPISCOPORUM
POLONIAE PRO DOCTRINA FIDEI TUETUR,
QUI PRAELATI AD HONOREM SUAE SANCTITATIS
ORNATUS EST DIGNITATE,
QUI CANONICI NUMERARII CAPITULI CATHEDRALIS
POSNANIENSIS HONORE AUCTUS EST, SACERDOS PIISSIMUS,
VIR SUMMAE PROBITATIS ET INDUSTRIAE,
ORDINIS EQUESTRIS SANCTI SEPULCRI
HIEROSOLYMITANI EQUES FORTISSIMUS,
NATIONALIS CENTRI SCIENTIARUM SOCIUS EXIMIUS,
QUI MULTOS IUVENES STUDIOSOS ET CLERICOS
NON MODO SUA SCIENTIA ET EXPERIENTIA, VERUM ETIAM,
QUOD MAXIMUM EST, VITAE EXEMPLO ERUDIEBAT,
VIR MITISSIMI INGENII, ECCLESIAE CHRISTI AMANTISSIMUS,

SEPTUAGESIMUM VITAE, QUADRAGESIMUM
LABORIS SCIENTIFICI FINIERIT ANNUM,

AMICI, COLLEGAE, DISCIPULI

EX ANIMO GRATULANTUR ET OPTANT, UT VALEAT VIGEATQUE IN MULTOS ANNOS ET PRAECLARA PATROLOGIAE STUDIA PROMOVERE ET ADORNARE PERGAT.

DATUM CRACOVIAE, DIE XX MENSIS SEPTEMBRIS

ANNO DOMINI MMXVII

Textum exaravit et in linguam Latinam vertit
Georgius A. Wojtczak-Szyszkowski